

13<sup>th</sup> Aug 1714

Q unum ihelpe

7 2 1 2

o his tra rthe

7 2 1 2

unum ihelpe

7 2 1 2

num. vocat.

que unum die

**Q** spiritus

7 2 1 2

7 2 1 2

7 2 1 2

7 2 1 2

7 2 1 2

7 2 1 2

13<sup>th</sup> Aug 1714

ut conuolunt ihelpe rthe bi. mury

7 2 1 2

**Q** unum ihelpe

7 2 1 2

7 2 1 2

7 2 1 2

7 2 1 2

**Q** unum ihelpe

7 2 1 2

7 2 1 2

7 2 1 2

7 2 1 2

7 2 1 2

7 2 1 2

Mani die leryhu 3 Brücke =

(= 44) 1) Sacrobüste, Johannes de

Sphaerionem opus certum.

[Leipzig: bei Walter des Capellans, 1485-1489]

Hain. X 74 295

BMB. III, S. 636.

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

(= 45) 2) Vegius, Mafleris (nicht: Vitorius?)

De veritate et philo lethe

Leipzig: Konrad Kachelofen.

Hain. 24942

Hain X 15929, BMB III S. 632

BMB  
III,  
S. 623

3. Tibullus Albinus:

Ec. 8

Elegia de amore et lani Eximio Messalae

(= 46)

Leipzig: Konrad Kachelofen. nicht nach 44 S 27



DISPUTATIO  
 DE IURISDI-  
 CTIONE CVM EX  
 VETERVM, TVM RE-  
 CENTIVM HISTORICORVM

ac ICtorum monumentis de-  
 prompta,

QVAM

ASPFRANTE DZUINA GRA-  
 tia sub presidio Clarissimi & Con-  
 sulissimi viri,

Dni. IOHANNIS BISETAE  
 I. V. D.

In illustri Illustriss. PP. Anhaltino-  
 rum Gymnasio Servestano pro ingenij  
 viribus defendere enitetur

JOHANNES HIPPODAMVS  
 Guarndorffianus Westph.

Ad diem Decembris hora &  
 loco consueta.



SERVESTAE

Excudebat Iohannes Schlierius Anno  
 reparatae salutis 1710 IIIC.





CLARISSIMO ET OR-  
NATISSIMO VIRO, DOMINO BERN-  
HARDO *Schwertfeger* / VWestphalo arti-  
um liberalium Magistro, & I. V.  
Candidato

*Domino populari ac fautori suo  
colendo jugiter.*

*Hasce Theses in grati animi εὐμβολον & amicitiae  
in Academia Lipsensi feliciter initae  
testimonium*

dedicat & consecrat

Iohannes Hippodamus  
VWestphalus.



## THESIS I.



*I*urisdiction est notio caussarum cum iuris statuendi potestate coniuncta.

2. In hac considerantur cum essentialia, tum accidentalia.

3. Essentialia dicuntur, quae ipsam iurisdictionis essentiam continent: talia sunt personae, earumque officia.

obediens.

4. Personae sunt pars imperans, vel

5. Imperans sunt magistratus: obediens subditi.

6. Magistratus est iurisdictionis pars superior, quae subditos secundum praecepta legum moderatur & dirigit.

7. Subditi sunt pars iurisdictionis inferior, magistratus territorio subiecti.

8. Territorium dicitur districtus, quousque se iurisdictionis cuiusque moderamen extendit.

9. Territorio subiectus censetur quis ratione bonorum vel caussarum.

10. Bonorum, si quis ibi habeat domicilium, vel res controversas.

11. Hoc loco non praetereunda haec quaestio; quanto tempore quis domicilium contrahat?

Decennij habitatione censet Molin. Sed verior est opinio Gail.

12. Caussarum, respectu quarum quis sortitur forum, aliae sunt civiles, aliae criminales.

A 2

13. Civiles

13. *Civiles respiciunt negocium aliquod seculare, vel ecclesiasticum.*

14. *Seculare pertinet ad jus civile commune, vel feudale*

15. *Ecclesiasticum est, quod causas spirituales concernit.*

16. *CRIMINALES, quæ oriuntur ex delictis.*

17. *Hic emergit quæstio, an delinquens extra domicilij vel delicti forum alibi possit conveniri? Negat Accurs. & alij, quibus rectè contradicit Duar.*

18. *Quid verò videtur de eo, qui in alio, quàm deliquit loco captus est, num remittendus est ad judicem delicti? Quid ob stare possit, non apparet.*

### **Tantum de Persona imperantis & obedi- entis; Sequitur utriusq; officium.**

19. *Officium magistratus est justiciam administrare; quod varijs modis fieri potest pro causarum qualitate & ratione circumstantiarum.*

20. *Officium subditorum est legibus debitam præstare obedientiam.*

### **Huc usq; de essentialibus; sequuntur accidentalia.**

21. *Accidentalia sunt, quæ respiciunt, vel conservatio-  
nem vel amissionem.*

22. *Conservatio consistit in acquisitione & acquisitæ ju-  
risdictionis probatione.*

23. *Acquisitio fit vel concessione aperta, vel tacita.*

24. *Aperta, speciali nimirum traditione, vel quasi.*

25. *Tacita, consuetudine vel præscriptione.*

26. *Præscribitur jurisdictio cum territorio, 10. vel 20.  
sine territorio 30, vel 40. annis.*

27. *Ac-*

27. *Acquisita probatio est vera vel præsumptiva. Vera est quæ fit per testes, vel instrumenta.*

28. *Præsumptiva, quæ fit per famam de illa jurisdictione ortam: eut per præsumptionem specialem, qua illius præsumitur esse, cujus fuit ante, nisi de contrario manifestè constet.*

29. *Amittitur jurisdictio morte, vel inter vivos,*

30. *Morte nimirum gerentis.*

31. *Inter vivos, ignavia non utentis, & sævitia abutentis.*

### **Hactenus de jurisdictione in genere: sequitur in specie.**

32. *Dividitur jurisdictio, quod alia sit legibus soluta, alia ligata, sive legitima.*

33. *Legibus soluta est, quæ jure majestatis competit.*

34. *Majestas est summa, perpetua, legibusq; soluta potestas:*

35. *Hæc consideratur vel ratione Subjecti, vel Effecti.*

36. *Ratione Subjecti, est vel monarchica, vel polyarchica.*

37. *Monarchica est, quam habet solus Princeps vel Imperator.*

38. *Princeps est summus monarcha potestatem habens summam, perpetuam, legibusq; solutam.*

39. *Hic etsi legibus est solutus, digna tamen vox est majestate regnantis legibus se alligatum profiteri.*

### **Tantum de Monarchia: restat Polyarchia.**

40. *Πολυαρχία est respublica, in qua imperij summa est penes multos.*

41. Huius species sunt duae: ἀριστοκρατία & δημοκρατία.
42. Aristocratiā est Respublica πολιταρχία in qua jura maiestatis tenent Optimates.
43. Hoc loco difficilima exoritur quæstio imperatoria de-  
cisione digna, ad quem Imperiorum statum, Germanorum sit re-  
ferendum? Aristocraticum esse affirmat Bodin. cuius equidem  
opinio non omnino ratione caret.
44. Imperii Romanogermanici caput est Imperator, mem-  
bra ejusdem sunt regni Proceres.
45. Imperator, describente Symmacho, est summus im-  
perij moderator, qui rebus Romanis antestat.
46. Proceres sunt sacri imperij Ordines, ejus majesta-  
tem comiter observantes, summam dignitate tuentes.
47. Hi sunt dignitatis vel majoris vel minoris.
48. Majoris, qui maximo post Imperatorem majestatis  
splendore fulgentes, vocantur Electores.
49. Electores, sunt: Proceres maiores, tanquam pars  
corporis Imperatoris, vel Imperij columnæ, ad Imperatorem ele-  
gendum qui Romano imperio præsit, constitui.
50. Hic ebullit illa quæstio: an ius suffragiorum ab Otto-  
no III. Electoribus sit collatum? Ita volunt communiter: sed histo-  
riarum monumenta demonstrant, eos sub imperio Friderici II. non-  
dum fuisse.
51. Electorum alij sunt Ecclesiastici, alij Seculares.
52. Ecclesiastici sunt Moguntinensis, Coloniensis & Tre-  
virensis.
53. Seculares sunt: Rex Bohemæ, Comes Palatinus  
Rheni, Dux Saxonie & Marchio Brandenburgensis.
54. MINORIS dignitatis dicuntur, qui licet maie-  
statis sunt capaces, non tamen gaudent privilegio Electro-  
rum.



55. Hi sunt cum Proceres inferiores, tum civitates Imperiales

56. Prioris generis sunt: Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, qui omnes suam iurisdictionem ab Imperio acceperunt, eandemque vicissim alijs infeudare non prohibentur.

57. Civitates liberae seu imperiales sunt, quae iurisdictionem per se licet habent, Imperij tamen maiestatem observant & defendunt comiter.

58. Harum aliae libertatem acceperunt ab Imperio, aliae se ipsas in libertatem vindicarunt.

Hactenus de iurisdictione soluta, quo ad  
Subjectum: subsequitur consideratio  
quo ad Effectum.

59. Ad Effectum pertinet, quod Principes sibi quaedam in signum supremae eminentiae, quaedam vero in signum recognitionis reservarint.

60. Prioris generis vicissim sunt duplicia, aut enim respiciunt negotia secularia, aut spiritualia.

61. Secularia intelligimus, quae ad politicam societatem honeste instituendam & conservandam faciunt.

62. Ea respiciunt vel universos, vel paucos.

63. Prioris generis sunt, condere leges generales, eas interpretari, pro arbitrio abolere, derogare Statutis & consuetudinibus, dare privilegia, eaque confirmare.

64. Nam Princeps cum dicatur omnium iurisdictionum fons, suorum etiam subditorum est iudex competens.

65. Vnde pro causæ qualitate potest cum inferioribus magistratibus concurrere, causam subditorum cognoscere, eos in locum advocare, aut etiam Rectorem adjungere.

66. Pro defensione jurisdictionis suæ potest etiam bellum indicere, civitates vallibus munire, conventus & comitia instituere.

67. Hinc etiam omnia, quæ ipsius territorij finibus sunt inclusa præsumuntur ipsius in tantum, ut habeat fundatam jurisdictionem, donec adversarius suæ possessionis titulum probet.

68. PAUCOS concernunt ista, quod Princeps possit dignitates illustres conferre, doctores, Comites Palatinos, & tabelliones creare, natalibus restituere, pœnas remittere, adversus sententias latis restituere, & veniam ætatis concedere.

69. Ad Spiritualia negotia, seu pietatem pertinent scholas & Ecclesias visitare & ad verum pietatis cultum reformare.

70. In signum recognitionis exigunt Principes census tributa & alias collationes extraordinarias.

Huc usq; de jurisdictione legibus soluta; superest, iisdem alligata.

71. Jurisdictio legibus alligata, est, quæ secundum præscripta legum est exercenda.

72. Hæc consideratur secundum jus vetustius vel recentius.

73. Secundum jus vetustius consideratæ species sunt duæ, alia est ordinaria, alia extraordinaria.

74. Ordinaria est, quæ sub certa actionis instituendæ ac persequendæ formula in causis civilibus à judice ordinaria expediebatur.

75. Extraordinaria, quæ in causis criminalibus extra ordinem administrabatur.

76. Nam quoties in caput civis Romani erat animadverten-

verrendum, lege lata *Quæstiones à populo creabantur, qui in crimi-  
mina non observato ordine inquirerent.*

77. *Secundum jus recentius considerata, dividitur in impe-  
rium merum & mixtum.*

78. *Merum dicitur, quod est à jurisdictione separatum, ni-  
hilq; cum ea habet commune, cum lex jus dicat.*

79. *Ac definitur quod sit jurisdictio animadvertendi in  
facinorosos.*

80. *An etiam dicatur exerceri in animalia bruta dubio  
tes? Quod negatur.*

81. *Hujus consideranda sunt, eum personæ, tum earum  
dem officia.*

82. *Personæ, quæ id sustinent, acceperunt vel immedia-  
te ab ipso Principe, vel à lege aut Scto mediate.*

83. *Qui ita acceperunt, ad alium transferre nequeunt.*

84. *Nam hoc imperium regulariter mandari non potest,  
nisi in casu absentiae vel morbi.*

85. *Sunt autem hi magistratus ordinarij vel extraordi-  
narij.*

86. *Ordinarij, qui certo ordine, suo funguntur munere*

87. *Hi fuerunt vel urbani, vel provinciales.*

88. *Urbani dicebantur, qui in urbe hoc imperium habe-  
bant.*

89. *Tales fuerunt vel populares vel imperatorij.*

90. *Populares, quos populus constituit, ejusmodi fuerunt  
Consules.*

91. *Consules ab initio regia serè præditi fuerunt potestate,  
quam postea Imperatores valde diminuerunt.*

92. *Imperatorij dicuntur quibus Imperator hoc imperi-  
um concessit: tales fuerunt Præfetus prætorio & præfetus urbi.*

93. *Præfetus prætorio fuit magistratus urbanus, qui post  
principem summum habuit imperium, à quo appellare non fuit  
integrum.*

B

94. Isq;

94. *Isq; duplex, alter Orientis, alter Occidentis.*
95. *Orientis, qui orienti fuit praefectus. Isq; vicissim duplex, aut Orientalis in specie ita dictus, aut Illyrici.*
96. *Orientalis tempore Iustiniani fuerunt duo, administrabantq; dioceses dices, Orientem. Aegyptum, Asiam, Ponticam & Thraciam.*
97. *Illyrici gubernabant dioceses duas Macedoniam & Daciam.*
98. *Occidentis Praefectus fuit alius Italiae, alius Galliae.*
99. *Praefectus urbi est magistratus urbanus, qui custodiendo terminos urbis, omnia, quae in ea, aut extra eam intra centesimum lapidem crimina commissa cognovit, & punivit.*
100. *Provinciales, qui in provincia huic imperio praesue-  
runt, in duplici habentur differentia; alter fuit popularis, alter  
vicissim imperatorius.*
101. *Popularis, qui in provincias populi R. mittebatur,  
dictus est Proconsul: ejus jurisdictioni subjecta fuerunt Batica,  
Achaia, Creta & Macedonia.*
102. *Imperatorius, qui provincias Imperatori reser-  
vas tenebat, erat vel paganus vel militaris.*
103. *Paganus qui imperium suum exercebat in paganos:  
eratq; duplex, aut enim plures simul, aut unam tantum provinci-  
am administrabat.*
104. *Prioris generis fuerunt Praeses & vicarius.*
105. *Praeses, qui & legatus Caesaris dicitur, proximum  
in provinciis ab Imperatore, sicut in urbe Praefectus praetorio ob-  
tinebat locum.*
106. *Vicarius fuit magistratus provincialis pro Praese-  
to praetorio, cum quo potestatem habebat parem ab Imperatore  
collatam, in provinciam missus.*
107. *Militaris magistratus fuit dictus, qui imperium in  
milites solos, vel in militem reum, paganumq; auctorem exercuit.*
108. *Dictus hic etiam fuit magister militum, alterq; Ori-  
enti, alter Illyrico praefectus erat.*
- Huc

Huc usq; de ordinario magistratu: restat ut  
dispiciamus de extraordinario.

109. *Extraordinarij dicuntur, qui urgente aliqua ne-  
cessitate hoc imperium acceperunt, ea cessante, rursus deposuerunt.*

110. *Horum numerantur duo, Dictator & Interrex.*

111. *Dictator, qui & magister populi dicitur, à populo tum  
summa jubendi animadvertendiq; potestate fuit creatus,*

112. *Interrex, deficientis Regis vices ad tempus sustinea-  
bat. An hoc imperium privati etiam babuerint, non convenit in-  
ter Dd? Affirmat Cujac. negat Suerin, cujus opinio veri vide-  
tur similior.*

113. *Cum dictum sit, personas hoc imperium habere, an  
non magis adhaeret castro, ut quidam volunt, ita, ut translato ca-  
stro, simul videatur translatum? Affirmatiuam tenet Sonsbec. sed  
negativa solidioribus nititur fundamentis.*

Tantum etiam de personis, super est earun-  
dem officium.

114. *Officium earum erat animadvertere gladij potestate.*

115. *Animadversionis gradus erant duo, unus qui adimit  
vitam, alter non item.*

116. *Qui adimit vitam; mortem infert vel naturalem vel  
civilem.*

117. *Naturalem, potestas gladij, quæ hæc per Synech. spe-  
ciei pro genere ponitur, nec excludit reliquas pœnas, quibus mors  
infligitur.*

118. *Civilem, quod fit deportatione ad triremes, ad perpe-  
tuos carceres damnatione, præscriptione, seu banno Imperij in die  
acht erklerung.*

119. *Alter gradus continet corporis sustigationem & fame læ-  
sionem.*

120. *An hæc etiam pertineat mulctæ irrogatio, quæstionis  
est? Dissentiente Cujac, Duar. & alijs, placet affirmativa l. 1.  
ub distinctione.*

B 2

121. *Quid*

121. Quid vero juris statuendum de tortura? Mero impe-  
rio tribuit eam Dominus Weseub quod & verum putamus.

122. Membri quoque mutilationem huic imperio, eiusque gra-  
dus infimo adscribendam, licet aliter sentiat Alex., cum Bart. con-  
cludimus.

Hactenus de Mero imperio, eiusque  
effectis, sequitur divisio.

123. Dividitur autem in plenum & minus plenum. Plenum  
dicitur, cum quis omnibus praedictis modis coercere potest.

124. Minus plenum, cum certis limitatum gradibus alicui  
conceditur, quemadmodum videre est in Praeside, qui gladio sal-  
tem vitam adimere potuit, non etiam damnare in metallum.

Huc usque de Imperio Mero.

125. Mixtum imperium est iurisdictio, modicam habens  
coercitionem, cum ius dicendi potestate coniunctam.

126. Hujus partes sunt duae, judicatio & executio.

127. Judicatio est rei ipsius qualis sit discretio: quod fit per  
cognitionem & decisionem.

128. Cognitio est rei ipsius, quomodo se habeat exploratio.

129. Decisio est de re cognita sententiae pronuntiatio.

130. Executio est altera hujus imperij pars, qua sententia in  
actum deducitur de negotio prolata.

131. Negotia, quae huic pertinent, sunt civilia, quorum quae-  
dam dicuntur magis esse iurisditionis, quam imperij, et e contra:  
idque propter speciem alterutram in hac mixtura excellentem.

132. Magis iurisditionis ea esse videntur, quae in cognoscen-  
do magis, quam imperando consistunt.

133. Imperij magis dicuntur ea esse, quae imperium magis  
quam iurisditionem sapiunt.

134. Cujusmodi sunt, iubere cavere Praetoria stipulatione,  
in possessorem mittere & similia.

135. Dividitur hoc imperium in proprium & non prop-  
rium.

136. Pro-

136. *Proprium est, quod quis habet jure suo, id est, magistratus.*

137. *Magistratus jure competere ea dicuntur, quae quis habet vi magistratus, quem gerit.*

138. *Magistratus jure habuerunt non tantum magistratus illi majores, superius relati, verum etiam alij minores.*

139. *Tales sunt Urbani vel provinciales.*

140. *Ex urbanis, praeter superius relati fuerunt Praetores, tribuni plebis, tribuni Celerum, Censores & quaestores aere rj.*

141. *Praetor est magistratus urbanus, juris dicendi gratia absentibus Consulibus creatus.*

142. *Tribunus plebis fuit olim constitutus, plebe a patribus discedente, cum potestate prebendi coercendiq.*

143. *Tribuni Celerum praerant equitibus, & velut secundum a Regibus obtinebant locum.*

144. *Censores habuerunt cognitionem & animadversionem in perjuros.*

145. *Quale Rectores publicorum scholarum hodie imperium habeant, non inutiliter quaeritur: Dum Imperator Fredericus delictorum cognitionem debitorumq; adjudicationem, ipsis attribuit, mixtum imperium non sine ratione adseritur.*

### Hactenus de Imperio Mixto, quod quis habet jure proprio.

146. *Jure non proprio competere dicitur imperium mixtum, quod est mandatum vel prorogatum.*

147. *Mandatum est illud, quod quis ex mandato alterius, qui id jure proprio habet, suscipit.*

148. *Mandatarius ergo qui hoc imperium accepit, nihil habet proprium, sed eius qui mandavit, jurisdictione utitur.*

149. *Mandatur autem vel ex parte, vel in totum.*

150. Ex parte, cum pars saltem alicui committitur, velut cum Prætor dat iudicem qui saltem habet notionem, iurisdictionem non item.

151. Sic & Duumviri partem saltem Prætorie iurisdictionis habuerunt, cum suam iurisdictionem nullo pænali iudicio defendere queant.

152. Tota mandari censetur, cum alicui & iurisdictione & coercitio mandatur, veluti, ut possessio bonorum detur, vel si cui damni infecti nomine non caveatur, ut is possidere iubeatur.

### Tantum de mandato: restat prorogatum.

153. Prorogatum dicitur, quando iurisdictionem magistratus, ad alia negocia, ipsius iurisdictioni non subiecta, litigantes suo extendunt consensu.










Fa 1388,  
80

Ink.

*[Faint blue ink scribble]*







B.I.G.

Farbkarte #13

PVTATIO  
 VRISDI-  
 NE CVMEX  
 VM, TVM RE-  
 M HISTORICORVM  
 orum monumentis de-  
 prompta,  
 QVAM  
 QTE DVINA GRA  
 esidio Clarissimi & Con-  
 sulissimi viri,  
 IANNIS BISETAE  
 I. V. D.  
 ustriss. PP. Anhaltino-  
 sio Servestano pro ingenij  
 is defensare enitetur  
 ES HIPPODAMVS  
 dorffianus Westph.  
 Decembris hora &  
 co consueteris.

ERVESTAE  
 ohannes Schlerius Anno  
 ae salutis clo 1611.

16.

16

